circa Sec. XIV. ad finem vergens. Fabricius in Bibl. Lat. med. aevi Tom. I. p. 52. de hoc Aegidio verba faciens, nihil de editionibus hujus libri memorat. Voigtius ex Caveo duarum mentionem facit. Sed in Annalibus typographicis Cl. Maittarii Tom. I. earum quinque indicantur.

No. XIV.

(20) F. Martini De La Vera Catalogus librorum Bibliothecae D. Laurentii, ad D. Gaspar. de Guzman, Comitem de Olivarez conscriptus ao 1625.

*. Codex autographus et ineditus. Auctor fuit Prior Coenobii Scorialensis. Hujusmodi Codex fuit etiam quondam in Bibliotheca Jo. Christ. Wolfii, Pastoris Hamburgensis. vid. Ejusd. Conspectus Supellectilis epistolicae. pag. 289.

No. XV.

(21) Hugonis Grotii Epistolae CCLXXXIII.

*. Omnes hae epistolae, et mihi quidem post assiduam earum cum editis comparationem visum est, ineditae sunt. Insunt quaedam, quae videntur ipsius Grotii manu scriptae esse.

No. XVI et XVII.

(22.23) Eliae Ehingeri Manuscripta s. Collectanea, duobus spissis Voluminibus comprehensa.

*. Sunt quaedam scripta affecta, quaedam elaborata et typis exscripta, de quibus omnino vid. Cl. Bruckeri vitam El. Ehingeri.

No. XIX.

(25) Codex Diplomaticus Magdeburgicus, s. Augustiss. Imperator. Rom. Ottonis I. II. et III. Henrici II. Conradi II. Henrici III et IV. Archiepiscopatum Magdeburg. concernentes fundationes,

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden